

publica magna aut parva persona (cuiuscunque sit conditionis vel dignitatis) in iam dicto monasterio vel locis eidem monasterio subditis vel pertinentibus placitum tenere, districtum facere, para-fredos aut aliquam functionem vel pensionem publicam ad^a nostrum^b servitium regale vel servitii redemptionem exigere nullusque in eius^c domibus sine eiusdem loci abbatis aut congregationis assensu et voluntate mansionaticum habere presumat. Et ut hoc nostrę imperialis auctoritatis et confirmationis preceptum firmitus ac (robustius) omni tempore maneat et perseveret, hoc privilegium inde conscriptum nostri sigilli impressione signari iubentes manu propria, ut infra videtur, corroboravimus.

Signum domni Ottonis invictissimi imperatoris augusti (M.).

Hildibaldus episcopus et cancellarius vice Uuilligisi^d archiepiscopi recognovit.

Data VIII. idus octobris anno dominice incarnationis D. CCCCXCVII, indictione XI, anno autem tercii^e Ottonis regnantis XIII^o, imperi vero II^o; actum Aquisgrani in palatio^f; feliciter amen.

2.

Otto III. verleiht dem Kloster Helmarshausen die Freiheit von Corvei und der andern Reichsklöster, das Recht nach dem Tode des Stifters und Vogts, des Grafen Ekkard, den Vogt zu wählen und die Immunität.

Tribur 1000 April 21.

C f. 10ⁱ. — DO. III. 356 (Stumpf Reg. 1219). — VU ist n^o 1.

In Christi nomine eiusque favente clementia. Otto tercius servus Ihesu Christi et Romanorum imperator^g augustus secundum voluntatem dei salvatoris nostrique liberatoris. Omnes fideles nostri praesentes atque futuri sagaciter intendant^h, qualiter Eckehardus comes divinoⁱ tactus amore quandam sui iuris ecclesiam ad honorem clementissimi salvatoris mundi dedicatam in loco Helmarvadeshusen^k dicto in comitatu Dothiconis comitis vel in pago Angiro sito cum curte et omnibus pertinentiis nostrae imperiali ditioni manu vel consensu suae^l contectalis tradidit, ea scilicet pactione ut in eodem loco monachorum constitueretur^m congregatioⁿ cum nostro

a) ad fehlt in C. b) nō C. c) eis C. d) Vulletse C. e) III^o C.
f) pallatio C. g) imperatorum C. h) intendamus C. i) diuimo C.
k) Helnvarvadeshusen C. l) sive C. m) construetur C. n) conspiratio C.